Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ræ:ideſt laboris audiendi. Operæpræcium igitur ſignificat iucundum laudabile neceſſarium fructuoſum & & haud ab re:ideſt non præter rẽ.ſiue nõ ultra propoſitũ. Operæprecium itaq; eſt:ideſt iucundũ eſt. uel mirum eſt audire audaciam.i.temeritatem eorũ ſcilicet Pãphili & ſociorũ. Nam id ſupple eſt inceptio.i.inchoatio.amentium.i.mente deſtitutorum.haud.i.non.amantium.i.amore captorum.paranomaſia eſt. Nam ueteres amabant de proximo ſimilia dicere. Decreuerunt:ideſt conſtituerunt. Decernere eſt de magnis rebus certam proferre ſententiam. Vnde ſenatus decretum.

Decernere
ſenatus
decretũ
Obeo
mortẽ
Virgi.
Atq;
Noĩa
ſeruorum

DONA. Et fingunt etiam quandam:argumẽti partem narrat. & non credit eſſe quæ dicit:ut ſuperſit locus errori.& fallaciã q̃ndã ne ueriſimilis ſit ipa fallacia totius cõtẽtõis & uilitatis. ¶ Fuit olĩq dã ſenex.ab exegematico ad mimeticũ tranſit. ¶ Is obiit mortem.plene dixit:q̃d nos obiit tantũ. Vir. Morte obita. ¶ Chryſidis patrem.fama eſt recepiſſe orbã puam prædixit:ut ſit uerum non poſſe eam facile ſuos agnoſcere. ¶ Fabulæ.redit ad narrationẽ. ¶ Atq; ipſis cõmentũ placet.atq; pro tamẽ:ut ſit tamẽ cõmentum placet:quod cõminiſcuntur probãt. ¶ Sed miſis ab ea egreditur ego hinc me ad forum. Paraſceue alterius ſcæne. ¶ Miſis.ſemp nomia comicorum ſeruorum aut a nationibus ſunt indita:ut miſis:ſyrus:aut ex accidentibus:ut Leſbia uelut ebrioſa a leſbo inſula: quæ ferax eſt ſuauiſſimi candidiſſimiq; uini:aut a moribus & uernilitate:ut pſeudulus: aut ex negocio ut chryſalus:aut ex qualitate corporis ut chilacus:aut ex ſpe formæ ut pinacium. ¶ Ego hic me ad forum . nihil adhuc dauus inuenit conſilii niſi ut quærat pamphilũ moneatq;. Ego hinc me ad forum:uultuoſe hoc pronunciatur ut deſit pergã: aut ducam me.

Tollere:& fingũt quandã inter ſe nuc fallaciã
Ciuem atticam eſſe hanc fuit olĩ quidã ſenex
Mercator.nauem is fregit apud andrum
Inſulam:is obiit mortem:ibi tũ hanc eiectam
Chryſidis patrẽ recepiſſe orbã paruã:fabulæ.
Mihi quidem hercule non fit ueriſimile.
Atq; ipſis commentum placet:
Sed miſis ab ea egreditur.at ego hinc me ad
Forum:ut.conueniam pamphilum:ne
De hac re pater imprudentem opprimat.

Miſis ancilla.

Audiui archilis iandudũ leſbiam adduci
Iubes.ſane pol temulenta eſt mulier:

Oeconomia

Audiui ar.iam. Hæ ſunt inuentiones poeticæ ut facetiæ aliquid addãt. Nã œconomia ut accerſatur obſtetrix & conueniat pãphilus: facetia ſcribẽtis in his uerbis eſt:quod archilis cõpotricẽ potiſſimum adduci iubet & fingitur. Audiui.a.iã.frequenter hoc modo terentius compẽdium facit ut egrediẽs loquatur perſona de eo quod eſt geſtura:& ſimul doceat quid ab altera geſtũ ſit. Audiui.a.i.utrũ iãdiu audiui an iamdiu iubes incerta diſtinctio.& ſunt qui iamdudum iam primũ intelligant:ut iamdudum ſumite pœnas. ¶ Sane. p.ſane multũ alias ualide.namq; ualidus eſt qui multum rerum neceſſariarũ habet ad ſalutem. ¶ Temulenta.producit primam ſyllabam te. Temulenta:uinolẽta hoc eſt ebrioſa:quia temetum uinum dicitur:unde abſtemius ſobrius.dictum autem temetum ab eo quia tenet mentem. Temulenta:uino.

Iãdudũ
ualidus
Temulentus
Temetum

GVIDO. ¶ Tollere.i.educare.q̃cquid peperit ſiue maſculũ.ſiue fœminã.ubi oñditur. nimius eſſe amor: cum non expectetur quod tollatur.& nunc fingunt inter ſe quandã fallaciam.ſ.hanc Glycerium eſſe ciuem atticã:ideſt ex urbe athenienſi quæ eſt in attica regione.quidam ſenex mercator fuit olim.i. iam pridem.is fregit nauem:ideſt naufragium fecit eius fracta naui apud andrum inſulã appoſitiue.is mercator obiit mortem:ideſt mortuus eſt quaſi iuit ad mortem. Nam Cicero in epiſtolis dicit.obire uillas pro adire.Inde obire mortẽ.i.ire ad mortẽ obire diẽ ſuũ.i. ire ad diẽ fati.hoc eſt mori.Ibi.i.ĩ andro.tum.i.tunc fingũt inquã aut fama eſt ſupple patrem Chryſidis recepiſſe hanc Glycerium.eiectam.i.ad littus emiſſam ex naufragio. Nam naufragus dicitur naui fracta eiectus.orbam.i.ſine parente paruam ita ut agnoſcere parẽtes nequiret fabulæ.i.ut Perſius ait nugæ.ſunt ſupple quidem hercle.i.per herculem id ſupple non fit mihi ſupple.ueriſimile: ideſt probabile.atq;:ideſt tamẽ:cõmentum tale figmentum mendacium excogitatum tale inuentum: Nam comminiſci ſignificat excogitare inuenire.Inde cõmẽtitia ratio.i.ratio fictitia cõmẽtum ergo placet ipſis: quaſi dicat quod cõminiſcuntur probant ¶ Sed Miſis hic eſt paraſceue.i.præparatio alterius ſcænæ. Miſis ergo.ideſt ancilla illa a natione ſic dicta. Seruorũ enim comicorũ nomia aut a nationibus ſunt indita: ut Miſis.aut ab accidentibus:ut leſbia quaſi ebrioſa a leſbo inſula quæ ferax eſt ſuauiſſimi candidiſſimiq; uini.aut a moribus & uernilitate ut pſeudulus:aut a negocio ut chryſalus:aut ex qualitate corporis ut chilacus.aut ex ſpecie formæ ut pinacium. Miſis egreditur:ideſt exit ab ea ſcilicet Glycerio at.i.ſed.ego Dauus ducã ſupple uel conferam me hinc ad forum.ut conueniam:ideſt alloquar Pamphilum.ne pater Simo opprimat: ideſt depræhendat eum imprudentẽ.i.improuiſum nõ ſuſpicantẽ de hoc amore.i.quantũ ſpectat ad hũc amorẽ

Audiui Archilis &c. Hic Miſis egrediẽs & de quo geſtura ẽ loq̃tur & ſimul docet q̃d ab altera geſtum ſit. O Archilis ideſt o anus audiui quid ſcilicet me facere uelis.iubes ideſt uis uel præcipis Leſbiam ideſt illam obſtetricem ebrioſam.adduci iamdudum.ideſt quamprimum pol ideſt per polucem ſiue per ædem pollucis illa leſbia eſt mulier ſane ideſt multum temulenta ideſt uinolenta:quaſi temeto ideſt uino plena Temetum enim uinum eſt q̃ teneat mentem.Inde abſtemius a um ideſt ſobrius & temeto abſtinens.